UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aurea Rosa id est preclarissiam[!] expositio sup[er] euangelia totius anni: de Tempore [et] de Sanctis. tam s[ecundu]m ordine[m] Predicato[rum] q[uam] s[ecundu]m Curia[m]

Mazzolini, Silvestro

[Augsburg], 31. Okt. 1510

VD16 M 1750

Jn Circu[m]cisione d[omi]ni. Textus euangelij. Lu. ij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70429

Visual Library

dem Cirillum. ⁊ Theoph. Poſſum⁹ aūt hoc exponere de viribus corpis que in eo erant dietim fortiores (plen⁹ ſapientia). ſ. diuina: ⁊ hūana beatifica: ⁊ hūana infuſa ⁊ hūana expimētali. Et vide de hoc q̄ ſcribunt infra: dn̄ica infra octa. epi. (⁊ gr̄a dī erat in illo), ſ. gr̄a gratū faciens. i. gr̄a ſingularꝫ pſone: gr̄a capitꝫ: ⁊ gr̄a vniōis. Vide ibidē. Reliq̄ ſenſus q̄s iſta ps patit faciliter patent ex dictis.

In Circūciſione dn̄i. Textus euangelij. Lu. ij.

p Oſtq̄ʒ cōſūmati ſunt dies octo vt circūcideret puer: vocatū ē nomē ei⁹ ieſus: qđ vocatum ē ab angelo priusq̄ʒ ī vtero conciperet.

p Oſtq̄ʒ conſūmati ſūt dies octo vt circūcideretur puer ⁊c.) Lu. ij. Circa circūciſionē de q̄ in p̄ſenti euangelio agit tria puncta ſunt videnda: q̄ ſūt Tpis diffinitio: vulnerꝫ illatio: ⁊ nois impoſitio. ⁊ hec tria tangunt in euangelio.

Quantū ad pmū ſciendū ē ex doctrina ſcti Tho. in. iiij. di. j. q. ij. p totū. ꝙ ſm ſucceſſionē tēporū q̄nto magꝫ appropinq̄bat ad chr̄m: tāto magꝫ debebāt articli fidei explicari. Ideo neceſſariū fuit vt daret a deo p̄ceptū de circūciſione fienda ꝓpt duo Primo vt ꝓpl's dei p aliqđ corpale ſignū diſtingueret ab alijs. Scđo q² expſſius ſignificabat ablationē originalis pcti ēē fiēdā q̄ʒ an̄ fuiſſet p aliqđ ſignuꝫ ſignificata. Et hoc ꝓpter multa. Primo rōne mēbri i q̄ fiebat: q² p illud deſcēdit originale. Secundo q² fiebat ſm circularē figurā q̄ circulatio fuit in originali dum pſona infecit naturam: ⁊ natura pſonam. Tertio rōne pene ꝯ delectationem concupiſcentie in q̄ viget fomes. Q̄uis illa pena non fuerit ad ſatiſfaciendū. Quarto q² ſanguis ibi fuſus ſignificabat chr̄i paſſiōeꝫ: q̄ originalis culpa ſublata eſt. Debuit aūt dari hoc p̄ceptū de circūciſione an̄ legē ſcriptā. i. ante legem moſaicā. q² lex dari non potuit niſi ꝓplo adunato ⁊ diſtincto: q̄ diſtinctio p circūciſionem fuit. Debuit aūt differri vſq̄ʒ ad tpa abrae: q̄ primus accepit p̄ceptū đ hac circūciſione. An̄ em̄ fere om̄es erāt fideles. Nam tunc. ſ. tpe abrae dicit idolatria incepiſſe ⁊ abundauit infidelitas: ⁊ vicium ꝯ naturam. Ideo tunc debuit fieri pmiſſio de naſcituro chr̄o qui peccata mūdaret ⁊ ſignum fidei atq̄ʒ caſtitatis ꝯ infidelitatem ⁊ luxuriā poni. Non aūt debuit dari omnib⁹ ꝓplis: q² data fuit vt ꝓplus ex q̄ chr̄s erat naſcitur⁹ ſpeciali ſanctitate p omnib⁹ ꝓplis fulgeret. Contra: q² dabatur ꝯ originale pctm̄ qđ omnib⁹ erat commune. Item ꝯ. q² dabat in ſignum fidei abrae: quaꝫ oēs imitari tenebant. Reſpōdet: Ad pmū quidem dicit: ꝙ non erat ſolum ꝯ originale. ſed etiam erat in ſignum naſcituri ex abraam: Contra originale autem remanebant alia pora remedia. Ad ſcđm dicit ꝙ non om̄es tenebant imitari abraā: q² nō erat not⁹ oib⁹: neq̄ʒ oib⁹ dat⁹ in exemplū: lꝫ omnes tenerent ad fidē ei⁹ Hiſmael autem ⁊ eſau tenebant ad circūciſionem ſolum dum erant de familia parentuꝫ: non aūt poſt ſeparationem ab eis q² ſolus populus peculiaris circūcidebat. Nec etiam dandum fuit hoc preceptum feminis: quia dabatur contra originalem culpam: que eſt a generante actiue: id eſt a patre: non autem dabatur contra penalitatem corpis: q̄ ſunt ab amminiſtrante materiā. ſ. a mr̄e Et licꝫ tranſgreſſio pma a femina iceperit: tn̄ ipa non fuit cauſa peccati originalis: q² ſi vir non peccaſſet: etiam peccante femina non ꝯtraherem⁹ illud. Et etiā diſtinctio ꝓpli eſt pncipalr p viros. Eſt aūt ſciendū ꝙ circuncīſio erat ſacr̄m veterꝫ legis ⁊ erat etiā ſub precepto Inq̄ntū ḡ erat ſacr̄m oi tpe poterat fieri ⁊ habebat ſuū effectū. inq̄ntū p̄o erat p̄ceptū reqrebat dies octaua neceſſario Cauſa hui⁹ determiati tpis eſt mltiplex. Prima eſt teneritudo pueri. Vnđ nō licebat anticipare octauā diē in aliq̄ caſu. ſic dicit Hugo de ſctō Victo. q̄uis alij dicāt oppoſitum. Quia id quod alij aſſerunt neq̄ʒ ex ſcriptura neq̄ʒ ex conſuetudine iudeorū habetur. Et ſi obijciatur ꝙ ꝓplo dei ex-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtente in deſerto multi nõ ſunt circũciſi: et ꝯſeq̃nter poterat tardari vltra octo dies. Dicit̃ ſm Nico. de Ly. ꝙ cũ illis fuit diſpenſatũ qꝛ erãt in itinere: ⁊ neſciebant qñ haberẽt mouere caſtra: ⁊ qñ q̃ſcere: qꝛ ad imperiũ dñi ibant ⁊ ſtabãt. Silr̃ etiã qui moriebant̃ incircũciſi nõ ob hoc dãnabãtur: qꝛ erant ꝯtra originale pctm̃ alia remedia. Quãuis etiaʒ poſſit ſm alios dici ꝓbabiliter ꝙ in deſerto nullus ſit mortuus q̃ ibi fuerit natus: qꝛ nõ erat in tribubꝫ eoꝝ infirmus: vt dicit Pſ. Sic ergo patʒ illa particula euangelij: q̃ dicit̃ (⁊ poſtq̃ cõſummati ſunt dies octo.)

Quantũ ad ſcðm ſciendu eſt ꝙ circũciſio erat circularis inciſio anterioris pellis mentule. Et hoc mẽbrũ ꝯueniẽter determinatũ eſt ad hoc vulnus ſuſcipiendũ inquantũ circũciſio erat p̄ceptũ. ⁊ inquantũ erat ſacramentũ: qꝛ erat ſignũ originalis abolendi: ⁊ chr̄i naſcituri: ⁊ ſeruãde caſtitatis. Fiebat aũt cultello lapideo: ſed non erat hoc neceſſariũ: vt ptʒ ex iudeoꝝ vſu. Verũtñ aliq̃ formoſe vt ea quã fecit Joſue: fuerũt facte cultro lapideo: i ſignũ ꝙ ꝑfecta circũciſio oim maloꝝ fieret ꝑ petram ſpũalẽ. i. chriſtum. Sed quẽ effectũ habebat hmõi vulnus: Reſpõdet̃ ꝙ in rei ꝟitate nõ imp̃mebat characterẽ in anima. Eſt aũt character ſpũalis ſignum diſtinguens ꝑ hoc ꝙ in aliquo ſtatu ꝑfectionis cõſtituit. Circũciſio aũt p̄ncipaliter ordinabat̃ ad purgandũ ꝑ ſe: nõ autẽ ad diſtinguendũ: ſed ſolũ ex ꝯſeq̃ti et ꝑ accidens inquantũ aliqui erant circũciſi aliqui nõ. In anima ergo habebat ſoluʒ p̄ncipalem effectum. Et nõ poterat iterari: nõ quia maneret character impreſſus in ea. ſed quia nõ iterabat̃ cauſa eiꝰ. Qui ꝟo fictus accedebat ad eam recedente fictione ꝯſequebatur effectum nõ ꝓpter ſpirituale characterẽ: ſed ꝓpter exteriorẽ corporalẽ. Purgabat aũt ab originali peccato: ſicut omnes dicunt. quia ſemꝑ oportuit eſſe aliqđ remediũ contra originale virtute paſſiõis chriſti in quolibet ſtatu. Nã qꝛ ab alio ſiue ꝑ aliũ illud ꝯtrahimus: etiam ꝑ aliũ ab illo liberamur. Itẽ añ vſum rationis oportuit eſſe ꝯtra peccatũ aliq̃d habens efficaciã ex oꝑe operato: ⁊ hoc eſt circũciſio. Aliter tñ auferebat originale q̃ȝ baptiſmus. In peccato quideʒ originali tria ſunt. ſ. culpa: ⁊ reatus p̄uationis viſionis dei: ⁊ fomes. i. ꝯcupiſcẽtia habitualiter inclinans ad malũ. Prima ꝰ duo tã ꝑ baptiſmũ q̃ȝ ꝑ circũciſionẽ tollunt̃ ex toto: ſm Grego. ſed ꝯcupiſcẽtia ſolũ ex parte. Circũciſio ergo q̃ erat ꝑticularis inciſio: directe cauſabat ⁊ ſignificabat diminutionẽ fomitꝭ: ⁊ ꝯſeq̃nter alia duo. Baptiſmus ꝟo q̃ eſt ablutio: p̄mo culpam: deinde alia aufert. Eſt aũt ſciẽdũ ꝙ ꝑ circũciſionẽ nõ ꝯſeq̃bat̃ q̃s fructũ ꝑfecte liberatiõis ab originali: qꝛ non apiebat ianuã celi. Vñ Joães circũciſus: eſt etiã baptizatus. Auferebat eñ ſolũ impedimentuʒ ꝑſone ſtãte ĩpedimẽto nature. Si tñ tũc fuiſſet baptiſmus non aperuiſſet ianuã: ⁊ modo ſi eſſet circũciſio apiret: eo ꝙ paſſio chr̄i ſit ꝑacta: ꝟtute cuius baptiſmꝰ ianuam eam aperit. Põt aũt aliq̃d corꝑale eſſe inſtrumẽtũ motiui qđ aliqñ fuit ꝫ modo nõ ſit: ſicut forme ſunt velut inſtrumenta generantiũ: nõ aũt eius qđ nec eſt nec fuit. Tollebat aũt pctã actualia ſi illa inueniebat: qꝛ deus nõ parcit ex ꝑte. Sʒ cõtra: qꝛ vt dicit̃ ad Rom. v. Ex opibꝫ legis nullus iuſtificat̃: ⁊ tñ alia ſacrificia ⁊ oꝑa nõ erant minꝰ honeſta q̃ȝ circũciſio. Quia ergo illa nõ iuſtificabãt: ꝰ neq̃ȝ circũciſio. Ad hoc dicit̃ ꝙ illa ſacrificia non ordinabant̃ ad tollẽda pctã: ſʒ ad ſatiſfaciendũ ꝑ eis. Circũciſio ꝟo ordinabat̃ ad tollẽda pctã: ideo illa nõ auferebãt pctã ſicͭ circũciſio. Sed nunq̃d circũciſio ꝯferebat gratiam: Solutio. Ad hoc dicit̃ ꝙ ſacr̃a noue legis ſunt cauſa inſtrumẽtalis grẽ: ꝑ q̃ deus iuſtificat aiam: ſm Aug. ꝯtra Fauſtũ. Sacramẽta aũt veteris legis non cauſabant grãm ꝓpria virtute: qꝛ ex lege fuiſſet iuſticia: ⁊ ꝯſequẽter chr̄s gratis mortuus fuiſſet. Neq̃ȝ ꝟtute paſſionis chr̄i: quia paſſio chr̄i nõ põt applicari hoi ꝑ ſacr̃a niſi mediãte vſu reꝝ exterioꝝ ꝑ q̃s agit. Eſt aũt impoſſibile ꝙ paſſio chr̄i vel qđcunq̃ȝ agẽs anteq̃ȝ ſit vel fuerit: actu moueat ꝑ res exteriores: vt dictum eſt q̃ȝuis poſſit mouere ꝑ interiorẽ apꝑhenſioneʒ. Unde iſto modo. ſ. ꝑ fidem paſſio chr̄i iuſtificabat veteres: nõ aũt ꝑ ſacramẽta: que erãt

ſolū quedā ꝓteſtatiōes illius fidei. Sʒ
ꝯtra quia dicit Beda ꝙ effectū baptiſmi
olim habuit circūciſio. Ad hoc dicūt qdā
ꝙ circūciſio habuit effectū baptiſmi q̄ ad
hoc ꝙ delebat pctm̄: ſʒ nō q̄ ad hoc ꝙ cō⸗
ferret grām. Sed hoc eſt impoſſibile: qꝛ
pctā nō tollunt̃ niſi per grām. Juxta illud
Ro.iij Juſtificati igit̃ gratis ꝑ grām ipi⁹
Quidā vͦo dicūt ꝙ ꝯferebat grām quan⸗
tum ad effectus remotiuos culpe: nō aūt
q̄ntum ad poſitiuos. Contra: pͥmo qꝛ
ſm ordinē cauſe formalis effectus poſiti⸗
ui ſunt priores remotiuis. qꝛ forma nō ex⸗
cludit priuationē niſi informādo: ſm tn̄ cau
ſam materialē eſt ecōuerſo. Itē contra
quia poteſtas ꝑueniēdi ad gloriā q̄ tūc da
bat̃ eſt vltimus effectus poſitiuus gratie
Quidā vͦo dicūt ꝙ ꝯferebat grām etiam
quātū ad effectus poſitiuos aliq̄s: ſed nō
oēs: qꝛ nō repͥmebat impellentē ꝯcupiſcē
tiā. Sed ꝯtra: qꝛ omnis grā quantūcū
q̄ minima ad hoc ſufficit. Ideo dicendū
eſt ꝙ circūciſio ſicut ⁊ alia ſacramēta illi⁹
legis: nō iuſtificabat: ſed ſolū erat ſignū ⁊
ꝓteſtatio fidei iuſtificantis Eſt autem
ſciendū ꝙ ante circūciſionē valebat ad re
miſſionē originalis pctī ſola fides ꝓpria i
adultis: ⁊ in paruulis aliena: qua ꝑ fidem
ꝯiungebant̃ hoīes ad paſſionē chrī etiam
ſi talis fides fuiſſet informis. Vn̄ lʒ adul
tus nō iuſtificaret̃ ꝑ ſuā fidē informē: tn̄ ꝑ
illā erat cauſa iuſtificatiōis paruuli: qꝛ iu⸗
ſtificabat ratione obiecti ⁊ nō rōne credē
tis. Formitas aūt ⁊ informitas ſunt cōdi
tiones fidei ex parte obiecti. Et eadē rō⸗
ne iuſtificabat fides ⁊ non charitas: quia
fides ad cognitionē ꝑtinet, ideoq̄ magis
poteſt mediatorē ⁊ cauſam ſalutis reſpi⸗
cere q̄ charitas que ad affectū ꝑtinet ⁊ eſt
de eo qd̄ eſt ſibi bonū. Sufficiebat autē
paruulis aliena fides. i. motus fidei rela⸗
tus ad ſalutē pueri a q̄cunq̄: q̄uis magis
hoc ꝑtineret ad parētes: nec requirebat̃
exterior ꝓteſtatio fidei ſm opinionē com
muniorē. Nec tn̄ ſequit̃ ꝙ poſſent pueri iu
ſtificari in vtero. quia q̄ ad hoīm cogniti⸗
onē nō erāt a matre diſtincti. Sed con
tra: qꝛ modo ſola fides non ſufficit. ergo
eſſet modo minoris efficacie q̄ tūc. qd̄ eſt
falſum. Reſpondet̃ negando argumentū
Nā lex nō eſt minoris efficacie in religio⸗
ſo q̄ in laico: ⁊ tamē religioſo non ſufficit
obſeruare decē legis p̄cepta: qd̄ ſufficit lai
co. Eſt eīm aliq̄d annexū fidei qd̄ neceſſe
eſt obſuare: vicʒ ablutio baptiſmalis. In
adultis aūt req̄rebat̃ ſacrificiū: vel aliqd̄
hmōi: quia licʒ illa ſacramenta non eſſent
de neceſſitate ſed voto celebrarent̃: tamē
tēpore oportuno ipſa fides inſtigabat ad
ſe ꝓpalandum ad honorē dei: ⁊ tūc effica
cia remiſſiōis nō erat ex ſignis exterioribꝫ
ſed ex ſola fide que ſola ſufficiebat ſicut ⁊
nunc ei qui nō ex ꝯtemptu ſacramenta di
mittebat: ſicut etiā de charitate dicimus
ꝙ ſufficit motus interior: ſed ſi tamē tem
pus adeſt requirit̃ exterior. Sic ergo pa
tet quid ſit circūciſio: ⁊ q̄s eius effectus:
⁊ ꝯſequenter patet illa particula euange⸗
lij qua dicit̃ (vt circūcideret̃ puer) Sed q̄⸗
re voluit chriſtus circūcidi ſi peccato ca⸗
ruit: Bern̄. Ad quid tibi neceſſaria cir⸗
cūciſio dn̄e Jeſu: q̄ pctm̄ nec cōmiſiſti: nec
ꝯtraxiſti: Q, eīm ipe nō feceris eras ipſa
manifeſtat: ꝙ vͦo non contraxeris multo
certius ꝓbat patris diuinitas ⁊ virgini⸗
tas matris. Hec ille. Ad hoc dicit̃: ꝙ hoc
voluit facere. Primo vt oñderet in ſe car⸗
nis veritatē cōtra Manicheum qui dixit
ꝙ illa caro fuit phātaſtica. Et ꝯtra Apol
linarem: qui dixit eam conſubſtantialem
eſſe diuinitati. Et contra Valentinū qui
dixit illam de celo fuiſſe allatam. Secun
do vt approbaret circūciſionē. Tertio vt
ſe oñderet de genere Abraā. Quarto ne
illum iudei tanq̄ incircūciſum repellerēt.
Quinto ad exemplū obediētie. Sexto ne
reſpueret remediū carnis peccati cuius ſi
militudinē habebat. Septimo vt ſuſtinē
do onera legis: alios liberaret Sed cō
tra: quia ſoluebat ſabbatū. ergo a ſili de⸗
bebat ſoluere circūciſionē. Reſpondet̃: ꝙ
nō eſt ſimile: qꝛ ꝯueniens erat vt ſe domi⸗
nū legis oſtenderet in etate ꝑfecta ſoluē⸗
do legē: nō aūt in puerili. Itē ꝯtra qꝛ non
fuit in Abraā decimatus: ſm glo. Heb.
vij. eo ꝙ decimatio eſt figura medicie cō⸗
tra origiale pctm̄. ḡ a ſili nō debuit circū
cidi: qꝛ etiā ipa circūciſio fuit ſignū eiuſdē
medicine: Reſpondet̃ ꝙ nō eſt ſile: qꝛ de⸗
cimatio fuit ſolū ſignū talis medicine: nō

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aũt circũciſio: qꝛ habuit alias vtilitates ⁊
cauſas. Quantũ ad tertiũ ſciendũ ē ꝙ
in circũciſione imponebanꝭ noīa ſicꝰ mõ in
baptiſmo: qꝛ añ pueri habebant imperfe
ctum eſſe Jdõ glo. Prouer.iiij. dicit: Sa
lomon dicit ſe fuiſſe vnigenitum corã mr̃e
ſua: qꝛ.ſ.habuit q̃dem vterinum fratrez:
ſed ille mortuus eſt ſine nomine q̃ſi nunq̃
fuiſſet. Conuenientiſſime aũt in circũciſio
ne ſaluator dictus eſt ieſus. Nomina q̃dē
ſpecierꝝ debent rerꝝ ꝓprietatibꝫ conuenire
vt ptꝫ.iiij.Meta. qꝛ rõ quã nomen ſigni-
ficat eſt diffinitio q̃ dicit rei naturã. Noia
ꝟo ſingulariũ imponunꝭ a ꝓprietate eorꝝ.
vel a tpe: ſicꝰ natus in die ſancti nicolai di
citꝭ aliq̃n Nicolaus: vel cognatione: ſic io
annem q̃dã volebant nominare zachariã
Luc.j. vel ab euentu: ſicut ioſeph p̃moge
nitũ ſuũ appellauit manaſſen: dicẽs: Ob-
liuiſci me fecit deus laborꝝ meorꝝ Gen̄.xlj
Manaſſes eñ interp̃taꝭ obliuioſus vel q̃
oblitus eſt. Vel ex q̃litate naſcentis: ſicut
Eſau qꝛ rufus natus eſt: ſic fuit nomiatꝰ
Gen̄.xxv. qꝛ Eſau interp̃taꝭ rufus. Qñ ğ
nomina imponunꝭ a deo: ſignificãt aliqđ
donum grẽ collatuz ei cui nomen imponi
tur. Chro aũt ꝑ grãm datum eſt vt ſalua
ret omnes: ideo Jeſus dictus eſt qđ inter
p̃taꝭ ſaluator. Jn omnibꝫ aũt aliis noibꝰ
eius ſignificaꝭ aliq̃ mõ id qđ importatur
h̃ nomine. Hoc aũt nomen fuit ei nouum
rõne ſpũalis ⁊ vniuerſalis ſalutꝫ q̃ nlli alij
potuit competere: q̃uiſ alia rõne fuerit h̃
nomen aliis cõmunicatũ. Sic ğ ptꝫ litte-
ratum dꝛ (vocatuz eſt).ſ.p̃mo a deo q̃ il-
lud impoſuit: ⁊ ſcđo ab angelo (nomẽ eiꝰ
Jeſus) Et non dicit vocauerũt: ſeu impo
ſuerunt: ſed vocatum eſt (eo ꝙ vocatum eſt
ab angelo priuſq̃ in vtero conciperetꝭ) qꝛ
angelus hoc nomen ꝓtulit anteq̃ Maria
conſentiret Sed poſſet aliquis querere:
Si chrĩs eſt circũciſus: q̃re ⁊ nos non cir-
cidimur? Ad hoc rñdetꝭ: ꝙ circũciſio debe
bat ceſſare in aduentu ꝑfectionis ſacramẽ
ti ad idez ordinati.i.baptiſmi: alioq̃n grã
faceret per duo id ad qđ ſufficit vnũ. Eſt
aũt circunciſio impfectior baptiſmo. Pri
mo qꝛ non ſignificabat ita expreſſe abluti
onem ⁊ emundationem a pctõ. Scđo q̃a
in ea non conferebaꝭ grã in tanta abũdan
tia. Tertio qꝛ non erat ita omnibꝫ ꝑplis
cõmunis ſicꝰ baptiſmꝰ: cũ ſolis iudeis cõ-
uenīret. Sed ꝫ qꝛ figuratiua q̃ ſignifica
bant tũc aliq̃d qđ ſemꝑ faciendũ eſt: ſem-
ꝑ durãt: vt ptꝫ de thurificatiõe: q̃ deuoti
onez ſignificat. Sed exterior circũciſio ſi
gnificat cordialẽ ſeu circũciſionẽ cordis q̃
ſꝑ facienda eſt: ğ ſꝑ debet durare. Rñdetꝭ
ꝙ p̃ncipale ſignificatũ exterioris circũciſi
onis erat ablatio originaliſ que non ſemꝑ
facienda erat ꝑ circunciſionem: ſed aliq̃n ꝑ
baptiſmũ. ex conſeq̃nti aũt ſignificat cir-
cũciſionẽ cordis. Et ſciendũ ꝙ non ſolũ
circũciſio ſed etiã alia legalia: cerimonia-
lia: ⁊ ſignificatiua debuerũt ceſſare. Prio
qꝛ ſicꝰ p̃nte corꝑe ceſſat vmbra: ſic p̃ſete ve
ritate debet ceſſare figura. Si enĩ adhuc
agnus paſcalis immolaretꝭ: adhuc ſigni-
ficaretꝭ ꝙ chrĩs eſſet crucifigendꝰ qđ eſt he-
reticum. Scđo qꝛ nõ conferebaꝭ grã i eis
in tanta copia q̃ntam req̃rit ſtatꝰ noui te-
ſtamenti. Tertio qꝛ talia data ſunt illi po
pulo tanq̃ impꝑfecto: vt retraheretꝭ ab ido
lorꝝ cultura iõ hũano gñe exiſtẽte i ꝑfecta
etate debuerũt alia ꝑfectiora iſtitui. Sꝫ
ꝫ qꝛ nunq̃ legitꝭ deus illa reuocaſſe. Ad h̃
dꝛ ꝙ dñs iſta reuocauit i ipõ ſuo facto ad-
implẽs illđ qđ in figurꝫ p̃ceſſerat obſeruã
dum: Juxta illđ: ꝯſũmatuz eſt. Chrĩs eñ
impleuit totã legẽ: moralia q̃dẽ elucidan
do ⁊ eis apponẽdo ꝯſilia: cerimonialia ãt
⁊ figuratiua eis apponẽdo ꝟitatẽ. Quõ ãt
legalia aliq̃n ſine pctõ potuerint obſuari:
⁊ quõ nõ: eſt mĺtiplex opinio. Hiero. enĩ
tenet ꝙ circũciſio ⁊ alia hmõi legalia ſtati
poſt chrĩ paſſionẽ fuerũt mortifera: nec po
terãt ſine pctõ obſeruari. Et q̃n obiiciieba
tur ei ꝙ petrꝰ apl̃s ea ſeruauit: vt patꝫ Gal.
ij. ꝓpter qđ paulus eũ corã hominibꝫ repre-
hendit: dicebat btũs Hiero. ꝙ petrꝰ diſ-
penſatorie.i.ſimulate illa ſeruauit: ne iudei
ſcandalizarenꝭ de hoc ꝙ cũ gentibꝫ come-
dens cibis gentiũ vteretꝭ: ⁊ paulus eũ diſ
penſatorie rep̃hendit: ne gẽtiles quorꝝ ipe
Paulus erat apoſtolus neceſſarium cre-
derent taliũ ciborꝝ vſum: Jdeo Petrus a
culpa: ⁊ Paulus a ꝓcaci reprehenſione ex
cuſaꝭ. Sed contra quia ſm̃ hec apl̃i ꝓpter
ſcandalũ dimiſiſſent veritatem doctrie: ⁊
Paulꝰ q̃ ad Galatas dicꝭ Petrꝝ fuiſſe rep-

henſibilē ficte loquereꝛ. Jdeo melius dicit Aug᷒ diſtingues tria tēpoꝛa. Dicit eñ ꝙ ante paſſionē nō fuerūt iſta moꝛtua nec moꝛtifera: ſed neceſſaria ad ſalutem. Sʒ poſt paſſionē ſtatim anteq̄ eſſet euangelium diuulgatū fuerūt moꝛtua. i. nō neceſſaria ad ſalutē: nō āt moꝛtifera: qꝛ poterāt a iudeis ſine peccato obſeruari: nō q̄ſi eſſent alicuiꝰ ↄtutꝫ: aut ſine eis gr̄a chꝛi haberi nō poſſet: ſed ne videretur lex vetꝰ reprobāda: ſi ſtati q̄ idolatria fugereꝛ. Vñ fuit ꝓpter hoc mater ſynagoga ad tumulū cum honoꝛe ducenda. Sed poſt diuulgationē euāngelij fuerūt moꝛtifera. Jdeo apl̄i medio tempoꝛe talia vere non diſpēſatione vel ſimulatoꝛie ſeruauerunt: ꝛ paulus vere petrum repꝛehendit: qꝛ ita incaute ſe habuit vt eius exemplo alij obſeruarēt hec quaſi neceſſaria. Jdeo dixit ei paulus: Si tu iudeus cū ſis gentiliter viuis: qꝛ. ſ. cum gentibꝰ exiſtens comedebas de cibis eoꝛū: quō cogis gentes iudaizare? qꝛ . ſ. ꝓpter aduentum aliquoꝝ iudeoꝝ q̄s timuit ſcandalizare/ dimiſit cibos gentiliū vtendo cibis iudeoꝝ. Hec tñ culpa fuit leuis. Sed contra: Jſta eñ non ſunt de ſe mala: q̄a nunq̄ licuiſſent. que aūt non ſūt de ſe mala/ poſſunt bona intentione fieri. Ad hec dicit ꝙ vna circunſtantia variata puta tempus actus fit de ſe bonus vl̄ malus. Jdeo iſta tempoꝛe diuulgati euangelij ſunt de ſe mala: nec poſſunt bona intentione fieri. Jtem contra: quia Act. xv. dicit ꝙ fuit magna dubitatio inter chꝛiſtianos an gentiles tenereꝛ circūcidi: ꝛ queſtio ↄlata ē ad apl̄os i hierl̄ʒ: Et r̄nderūt ſic. Viſum eſt ſpūiſancto ꝛ nobis nihil vobis imponere oneris q̄ hec neceſſaria: vt abſtineatis vos ab immolatione ſimulacroꝝ ꝛ ſanguine ꝛ ſuffocato ꝛ foꝛnicatiōe: a q̄bꝰ abſtinentes bñ facietis. Et gloſa ibi dicit ꝙ iſta ſunt neceſſaria. Ad hoc reſpōdeꝛ ꝙ de his que hic dicunꝛ triplex ē opinio. Pꝛia ē ꝙ illud p̄ceptū apl̄oꝝ ad lr̄am manet. Sed contra: qꝛ nihil eſt immūdū p̄ chꝛm̄: ꝛ nihil reijciendū qđ cum gr̄arū actione p̄cipiꝛ: vt dꝛ Titum. iij. Jtē contra: quia illud preceptum de non comedēdo ſuffocato eſt cerimoniale ſicut et alia. Alia opinio eſt ꝙ itelligiꝛ ſpūaliter ↄ ſanguine humano ꝛ ſuffocatione pauperum. Sed contra iſtā opinionē eſt Hieroñ. ſup̄ Ezech. q̄ dicit ꝙ apl̄i non ſpūaliter/ ſʒ ad lr̄am loquebanꝛ. Alia opinio eſt ꝙ apl̄i ñ r̄nderunt p̄cipiendo abſolute vt illa obſuarent gentiles: ſed intendebant ꝓuidere vt ſimul pacifice iudei ꝛ gentiles poſſēt conuerſari. Jō ꝓhibuerunt foꝛnicationeʒ tanq̄ p̄ ſe malam: quam gentes non credebant pctm̄: ꝛ ſuffocatum: quia erat abominabile iudeis ꝓpter conſuetudinē: ꝛ immolatum idolis: qꝛ faciebat ſuſpitioneʒ ↄ idolatria. Gloſa ṽo illa q̄ dicit ꝙ ſunt neceſſaria loquiꝛ quo ad ſenſum myſticum: vel quo ad cōmunitatē vite ꝛ paceʒ. Vbi eñ vel qñ iſta conturbabant cōmunē iudeoꝛum et gentilium vitaʒ erant pꝛohibita: ita ꝙ ſine pctō q̄s talia non poterat exercere. Allegoꝛice ſciendum eſt ꝙ circūciſio ſignificabat purgationem fiendā ꝓpter chꝛm̄ in paſſiōe. Anagogice ṽo depoſitionē carnis ꝛ ſanguis coꝛruptibil̄i bt̄ā reſurrectione. Moꝛal̄r ṽo fuit ſignū ſuan de caſtitatꝫ. Quecūq̄ ſup̄ hoc euangelio dicta ſūt ex doctrina ſcti Thom̄. ſumpta ſunt. iiij. di. ij. et. iij. par. q. lxij. et. q. xxxvij. Quid aūt actum ſit de illa carne ablata p̄ circūciſionem vide in die paſce.

Jn vigilia Epiphanie. Textꝰ euangelij. Matthei. c. ij.

Defuncto Herode ecce angelus dñi apparuit in ſōnis Joſeph i egypto dicēs. Surge ꝛ accipe puerū ꝛ matrē eius ꝛ vade in terrā iſrael. Defuncti ſunt eñ qui querebant animaʒ pueri. Qui conſurgens accepit puerū ꝛ matrē eius et venit in terrā iſrael. Audiens autem ꝙ archelaus regnaret in iudea p̄ herode patre ſuo timuit illo ire Et admonitus in ſomnis receſſit in partes galilee. Et veniēs habitauit in ciuitate que vocaꝛ